רֵאשִׁי חָנוּךְ

ELEMENTA RELIGIONIS,

SIVE

IV. Capita Catechetica totidem Linguis descripta.

IN USUM SCHOLARUM.

רֵאשִׁית חָכְמָה יִרְאַת יְהוָה׃

Appendicis loco additur

חִבּוּק הַשָּׁרָשִׁים

i. e.

Συμπλοκὴ seu Complicatio Radicum in primæua Hebræorum Lingua.

Opera & studio A. L.

LONDINI,
Typis R. D. Impensis *Sam. Thomson* ad insigne Equi candidi in Cœmeterio Paulino. 1658.

VIRO VERE NOBILI
Dno GUILIELMO Dno
FITZ-WILLIAM
BARONI DE LIFFAR,
FAUTORI MEO AC
DOMINO PERPETUA
OBSERVANTIA COLENDO
HUMILLIME
D. D. D.

Epistola Nuncupatoria.

Nobilissime Heros,

HAbent hoc generosi Heröum spiritus cum divinitate commune, ut dantis animum non munus æstiment, & magnitudinem suam tum maxime ostendant, cum non aspernentur parva. Quinimo parva hæc, si Amplitudo Vestra benigne acceperit, magna fient, & magni. Mirentur fortassis alii, quorsum ego huic libellulo tam illustre patrocinium accersiverim: Neque enim erat, cur invidiam ex hac scripti-

uncula ſperarem; cum me ab omni calumnia opellæ tenuitas ſecurum, operis ſanctitas tutum abunde præſtet. Verùm quoniam tot nominibus, duobus certe maximis, devinctus, operam meam filiorum veſtorum inſtitutioni, qui modo chariſſimi ſunt et erunt (niſi me vanum fallat augurium) clariſſimi, ſacraverim; non mirabitur Dominatio Veſtra, obſequii mei primitias ſacras eſſe. Rudimenta pietatis offero; quæ non malus inſtituendæ juventutis * author ſuadet inſtillanda, ubi primùm cæperint fari, docenda antequam ſciant quid ſit diſcere. Proin in votis habui, ut liber iſte qui aliàs ob parvitatem in contemptum apud parvulos venire po-

* Conr. Heresbachius *de Erud. Principum Liberis*, cap. IX.

poterat, paterni nominis auctoritate munitus, commendatior in dilectiſſimorum Veſtrorum *Guilhelmi* & *Caroli* manus veniret, & geminaret reverentiam diſcentibus. Ab his minimis utique pendent maxima Nullus dubito, quin præclare cognitum ſit D^ni. Veſtræ, quanti interſit Reipublicæ, nobiles pueros rite inſtitui; hoc præſertim ſeculo opinionum & vitiorum feraciſſimo, quo fides multiplex quidem ſed parum ſincera, & mores indies in pejus ruentes; quantam porro habeat vim ad omnem vitam tyrocinium in religione poſitum. Faxit aliquando Deus, ut Illi Veſtri, Ingenii, Eloquentiæ & Sapientiæ dotibus inſtructi, aliiſque bonis im-

buti artibus, & expectationi Vestræ & Majorum famæ respondeant. Atque ejusdem Dei O. M. numen humillime veneror, ut D^nem Vestram una cum pientissima Heroina, & omni splendida familia sospitet, ac quam diutissime conservet. Ita vovet

Dab. Londini,
è Museo. VI. Cal.
Aug. MDCLVIII.

D^ni Vestræ humillime addictus,

Adam Littleton.

Pio Lectori.

Lector Christiane,

Occinet mihi fortassis nonnemo vetus illud, Nihil est jam dictum, quod non dictum est prius. *Equidem scio me viam aliis ab omni avo pronitam ingredi, & in scena iis propemodum universis, qui juventutis erudiendæ curam suscipiunt, frequentata versari. Enimvero utinam isthæc ita familiaria essent, ut hæc qualis qualis opera nostra supervacanea videri posit, neque ea tantopere vulgata vulgus ipsum hodie passim ignoret. Verùm cum dolore loquor hanc doctrinæ Christianæ partem, non tam inculcatam quam proculcatam, hisce temporibus atque moribus incultam jacere. Nam popellus in fastigia & apices, uti quidem sibi videtur, Religionis evectus, despicit hæc velut humiliora,* τὰ στοιχεῖα τοῦ κόσμου (Gal. iv. 3.) *& tanquam assueta fastidit. Adeo plebecula humaniores primum Literas, quippe profanas, abominari docta, mox etiam sacras, utpote sibi familiares, ex se contemtui habere didicit. Quæ impia non minus quam inficeta Enthusiastarum barbaries ne Scholas invadat, aut teneros animos infestet, retinenda erit acriter & toto complexu asserenda* ὑποτυπώσει illa ὑγιαινόντων λόγων, *in quibus elucidandis omnis Theologorum commentatio elucubratur. Tune igitur, inquiat aliquis, Magistellus accedis huc novi consilii autor? Neutiquam sane. Ego vero me Editorem tantum profiteor, non Autorem vendito. Nihil hoc ego meum agnosco, præter mendas, & (quæ fortean earum gravissima*

audiet) *methodum. Nam res quidem ipsa, quam apponimus, è sacrosanctis Scripturæ promptuariis desumpta jam olim est. Quicquid hæ pagellæ offerunt, vel ex ipsius Dei Legislatoris, aut Filii Θεανθρώπου Salvatoris ore sanctissimo est profectum; vel ex Apostolorum scriptis, dictante Spiritu, exceptum. Nam qui suspectam habere Symboli fidem, & venerandi hujusce scripti auctoritatem in dubium vocare ausit, eum, ne cumulatis S. Patrum testimoniis obruam, revincet unius Io. Calvini pia defensio. Qui Catechesem suarum pene initio affirmat* cognitionis summam, qua Deum in Christo novimus, in formula confessionis, quam inter se communem habent Christiani omnes, contineri. Eam vulgo, *inquit*, Symbolum Apostolorum vocant, quòd ab initio Ecclesiæ recepta semper fuerit inter omnes pios: & quòd vel ab ore Apostolorum excepta fuerit, vel ex eorum scriptis fideliter collecta. *Quid gravius à viro gravissimo dici poterat ad extorquendam cuique vel perversissimo reverentiam? Qui non satis habuit formulam hanc insigni elogio ornasse, nisi eam insuper cum ἐυαγγελίῳ integre recitarit, tum in suas partes tributam minutim explicuerit. De methodo ut dicam; alii aliàs hanc Spartam ornarunt. E nostratibus hæc eadem exhibent in Liturgia Angl: Latine Billus, Græce Petilius. Ingmethorpius cum reliquo catechismo Hebraice. Nowelli optimi senis catecheses præstantissimus Whitakerus Græce loqui docuit. Catechismum Lutheri Germanicum in Latinum nescio quis*

quis, Mylius in Græcum, in Hebræum Claius sermonem transtulerunt. Denique, ne alios memorem, Calvinum Latinissimum (cujus dictionis puritas studiosum æque ac pium Lectorem divinitas sensuum juvat) Græco atque Hebræo idiomate donarunt, qui poterant optime, Stephanus Ἀτλικάτατος & Tremellius Hebræus ex Hebræis. Quorum facultatem ac industriam siquis in hoc argumento æmulari voluerit, nævus Iliadas post Homerum conscripserit. Atque ex his ego Triumviris horum pleraque desumpsi, eorum, quantum licuit, exemplar secutus; ut ne mireris ficubi formulæ istæ ab aliis communi usu receptis discrepent; quòd libellulum hunc tyrunculis ad eorum Lectionem πεξοπορῶν & viæ ducem esse volui. Ne id quidem mihi assumpsi, quod meo jure quodammodo vendicare potui, ut in iis, quæ apud illos desiderata, Interpretem agerem. Nam Sacramentorum Institutionem Hebraicam Huttero debes, cujus extat N. T. Δαβιδικάλλωσσον. Neque iis prætereundi silentio, qui hac ipsa Capita excerpta in publicum dederunt; v. g. Freigius Padagogo, Megiserus vir, si quis alius, πολυγλωσσότατος specimine Linguarũ. Memini vidisse simile quidpiam à Beza præstitũ. Alstedius Theologiæ candidatis proposuit Encyclopædiæ suæ Tomo altero. Sed hi plerique aut minus plene aut minus commode ad Iuventutis usum has partes executi. Ego universa in unicam schedulam compegi, ita tamen digesta, ut ad manum quidem tyroni sit translatio, non tamen semper ob oculos; quod ignavia subterfugium solenne est, ubi in columnas ex adverso redigitur Interpres. Neque

que vero ista, quam adhibuimus, Translatio tam examussim congruit Textui, ut verbum verbo reddat; quod fit in illa, quam Glossam Interlinearem vocant: cum illa non modo aridior esset futura, sed etiam à publico usu abhorrens, non esset id ponderis habitura apud Magistros, ut digna videretur, quam discipulis suis proponerent ad unguem ediscendam. Atque hoc eo lubentiùs admisi, cum meminissem me Κατήχησιν *tractare, qua* viva *docentis* voce *explicari postulat. Ne tamen causaretur aliquis hunc defectum, adnotaveram cum varias sacri Textûs Lectiones, tum præcipuas insigniorum Versionum differentias; quas, urgente prælo, una cum præceptiunculis Grammaticalibus, Tabulisq; Alphabeticis in aliud tempus reservo. Postremo adnectendum censui Tractatulũ de Originibus Linguæ Sanctæ, ut provectioribus allucerem facem, quò sermonis illius facillimi perinde atque antiquissimi, ex quo omnis dialectorum & loquelæ diversitas singulari artificio enata est, fundamenta & arcana penitiùs introspiciant. Etenim mea omnis vitæ ratio in hoc versatur, ut studiosæ Iuventuti quoquomodo prodesse possim: atque adeo hujus opella consilium prorsus in eo situm est; ut habeant tyrones sive singularum classium* Inceptores, *in quo se primitus exerceant; quò suæ indolis periculum faciant in sacris, & recens Linguarum studium pietate imbuant.* Vale.

THE PRINCIPLES OF RELIGION.

The *LORDS*

PRAYER,

divided into VI. *Petitions.*

OUr Father which art in heaven.

1. Hallowed be thy Name.

2. Thy kingdom come.

3. Thy will be done in earth, as it is in heaven.

4. Give us this day our dayly bread.

5. And forgive us our debts, as we forgive our debtors.

6. And lead us not into temptation; but deliver us from evil.

for

Thine is the kingdome, and the power, and the glory,

for ever.

Amen.

The

THE APOSTLES CREED,

or Confeſſion of FAITH;

consiſting of XII. ARTICLES.

I *Believ in God, the Father Almighty, maker of heaven and earth.*

2. *And in Ieſus Chriſt, his only Son, our Lord.*

3. *Which was conceived by the holy Ghoſt, born of the Virgin Mary.*

4. *Suffered under Pontius Pilat, was crucified, dead, and buried.*

5. *He deſcended into hell; The third day he roſe again from the dead.*

6. *He aſcended into heaven, and ſitteth at the right hand of God the Father Almighty.*

7. *From thence he ſhall come to judge the quick and the dead.*

8. *I believ in the holy Ghoſt.*

9. *The holy Catholike Church, the communion of Saints.*

10. *The forgivenes of ſins.*

11. *The reſurrection of the body.*

12. *And the life everlaſting. Amen.*

GOD ſpake all theſe words, ſaying. I *am* the Lord thy God, which have brought thee out of the Land of Egypt, out of the houſe of bond age.

I. Thou ſhalt have no other gods before me.

II. Thou ſhalt not make unto thee any graven image, or any likeneſſe *of any thing* that *is* in heaven above, or that *is* in the earth beneath, or that *is* in the water under the earth.

Thou ſhalt not bow down thy ſelf to them, nor ſerve them:

For I the Lord thy God *am* a jealous God, viſiting the iniquity of the fathers upon the children, unto the third and fourth *generation* of them that hate me: And ſhewing mercy unto thouſands of them that love me, and keep my Commandements.

III. Thou ſhalt not take the Name of the Lord thy God in vain.

For the Lord will not hold him guiltleſſe that taketh his Name in vain.

IV. Re-

IV. Remember the Sabbath day to keep it holy.

Six dayes ſhalt thou labour and do all thy work.

But the ſeventh day *is* the Sabbath of the Lord thy God:

In it thou ſhalt not do any work, thou nor thy ſon, nor thy daughter, thy man-ſervant, nor thy maid-ſervant, nor thy cattell, nor thy ſtranger, that *is* within thy gates.

For in ſix dayes the Lord made heaven and earth, the ſea, and all that in them *is*, and reſted the ſeventh day:

Therefore the Lord bleſſed the Sabbath day, and hallowed it.

V. Honour thy father & thy mother; that thy dayes may be long upon the land, which the Lord thy God giveth thee.

VI. Thou ſhalt not kill.

VII. Thou ſhalt not commit adultery.

VIII. Thou ſhalt not ſteal.

IX. Thou ſhalt not bear falſe witneſs againſt thy neighbour.

X. Thou ſhalt not covet thy neighbours houſe; thou ſhalt not covet thy neighbours wife, nor his man-ſervant, nor his maid-ſervant, nor his ox, nor his aſs, nor any thing that *is* thy neighbours.

The II. SACRAMENTS.

The Institution of BAPTISM.

GOe ye, and teach all Nations, baptizing them in the Name of the Father, and of the Son, and of the holy Ghost.

Goe ye into all the world, & preach the Gospel to every creature. He that believeth, and is baptiz'd, shall be saved; but he, that believeth not, shall be damned.

The Institution of the Lords SUPPER.

THe Lord Iesus the same night, in which he was betraid, took bread: And when he had given thanks, he broke it, and gave it to the disciples, and said,

Take, eat; this is my body, which is broken [given] for you: this doe in remembrance of me.

Likewise also [he took] the cup after supper & when he had given thanks, he gave it to them, saying,

Drink ye all of it: For this is my blood of the New Testament, which is shed for you [for many] for the remission of sins:

This doe ye as oft as ye drink it in remembrance of me.

ELEMENTA RELIGIONIS.

ORATIO DOMINICA

In sex Postulata seu Petitiones distributa.

PAter noster, qui es in cœlis.

1. Sanctificetur nomen tuum.

2. Adveniat regnum tuum.

3. Fiat voluntas tua sicut in cœlo, sic etiam in terra.

4. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.

5. Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus nostris.

6. Et ne nos inducas in tentationem; sed libera nos a malo.

Quia
tuum est regnum &
potentia & gloria
in secula.
Amen.

SYMBOLUM APOSTOLORUM

Seu

Confessio Fidei XII. *Constans Articulis.*

1. CRedo in Deum, Patrem omnipotentem, creatorem cœli & terræ.

2. Et in Jesum Christum, Filium ejus unicum, Dominum nostrum:

3. Qui conceptus est è Spiritu sancto, natus ex Maria Virgine:

4. Passus sub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus & sepultus;

5. Descendit ad inferos; tertia die resurrexit ex mortuis:

6. Ascendit in cœlum; sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis:

7. Inde venturus ad judicandum vivos & mortuos.

8. Credo in Spiritum Sanctum:

9. Credo sanctam Ecclesiam catholicam, sanctorum communionem:

10. Remissionem peccatorum:

11. Carnis resurrectionem:

12. Vitam æternam. Amen

DECALOGUS

Seu

Lex Divina *duabus Tabulis, decem autem Præceptis sive Mandatis comprehensa.*

ET locutus est Deus omnia verba hæc, dicens:
Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te è terra Ægypti, è domo servitutis.

I. Non habebis Deos alienos coram me.

II. Non sculpes tibi simulacrum, neque imaginem ullam effinges eorum, quæ aut in cœlo sunt sursum, aut deorsum in terra, aut in aquis sub terra:
Non adorabis ea, neque coles:
Ego enim sum Jehova Deus tuus fortis, zelotypus, qui vindico iniquitatem patrum in filios, usque in tertiâ & quartam generationem eorum qui me oderint:
Et misericordiâ utor in mille generationes eorum, qui me diligunt & custodiunt præcepta mea.

III. Non usurpabis nomen Domini Dei tui frustra:
Non enim habebit insontem Dominus eum, qui nomen suum in vanum usurpaverit.

IV. Re-

IV. Recordare diem Sabbati, ut eum sanctifices.
Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum:
Septimus vero Sabbatum est Domini Dei tui.
Non facies in eo ullum opus, neque tu, neque filius tuus, neque filia tua: neque bos, neque asinus, neque inquilinus qui habitat intra portas tuas.
Nam sex diebus perfecit Deus cœlum & terram & mare, & quicquid in illis continetur; septimo quievit.
Itaque benedixit diei Sabbati, & eum sanctum sibi segregavit.

V. Honora patrem tuum & matrem tuã, ut prorogentur dies tui super terram, quã daturus est tibi Dominus Deus tuus.
VI. Non occîdes.
VII. Non mœchaberis.
VIII. Non furaberis.
IX. Non eris adversus proximum tuum testis mendax.
X. Non concupisces domum proximi tui; non concupisces uxorem proximi tui, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, nec quicquam aliud quod ipsius sit.

Inſtitutio BAPTISMI.

PRofecti docete omnes gentes; baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritûs Sancti.

Euntes in mundum univerſum, prædicate Evangelium omni creaturæ.

Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſervabitur: qui verò non crediderit, condemnabitur.

Inſtitutio COENÆ *Dominicæ.*

DOminus Jeſus ea nocte, qua tradebatur, accepit panem, & benedicens [*gratias agens*] fregit, deditque diſcipulis, & dixit.

Accipite, edite, hoc meum eſt corpus, quod pro vobis frangitur, [*datur*;] hoc facite in meam commemorationem.

Itidem & calice, poſtquam cœnaſſet, accepto, ac gratiis actis, dedit eis, dicens, Bibite ex eo omnes. Hoc eſt enim ſanguis meus Novi Teſtamenti, qui pro vobis [*pro multis*] effunditur in remiſſionem peccatorum.

Hoc facite, quotieſcunque biberitis, in meam commemorationem.

ΣΤΟΙΧΕΙΑ
ΧΡΙΣΤΙΑΝΙΣΜΟΥ.

ΠΡΟΣΕΥΧΗ ΚΥΡΙΑΚΗ

εἰς Ἀιτήματα ἐξ ὑπερημῶν.

Πάτερ ἡμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς·

α'. Ἁγιασθήτω τὸ ὄνομά σου·

β'. Ἐλθέτω ἡ βασιλεία σου·

γ'. Γενηθήτω τὸ θέλημά σου, ὡς ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τῆς γῆς.

δ'. Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον.

ε'. Καὶ ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν.

ς'. Καὶ μὴ εἰσενέγκῃς ἡμᾶς εἰς πειρασμόν· ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ.

Ὅτι

Σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας.

Ἀμήν.

ΣΥΜΒΟΛΟΝ ΤΩΝ ΑΠΟΣΤΟΛΩΝ.

Ἅγιον Ἐξομολόγησις Πίστεως, ἐκ δώδεκα Κεφαλαίων συνισαμένη.

Πιστεύω εἰς Θεὸν, Πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς·

β'. Καὶ εἰς Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν μονογενῆ, Κύριον ἡμῶν·

γ'. Συλληφθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου, γεννηθέντα ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου·

δ'. Παθόντα ἐπὶ Ποντίου Πιλάτου, σταυρωθέντα, θανόντα, καὶ ταφέντα·

ε'. Κατελθόντα εἰς ᾅδου· τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστάντα ἐκ νεκρῶν·

ς'. Ἀνελθόντα εἰς οὐρανούς, καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν Θεοῦ πατρὸς παντοκράτορος·

ζ'. Ὅθεν μέλλει ἔρχεσθαι κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς.

η'. Πιστεύω εἰς πνεῦμα ἅγιον.

θ'. Πιστεύω τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν καθολικὴν, ἁγίων κοινωνίαν·

ι'. Ἄφεσιν ἁμαρτιῶν·

ια'. Σαρκὸς ἀνάστασιν·

ιβ'. Ζωὴν αἰώνιον. Ἀμήν.

ΔΕΚΑ'ΛΟΓΟΣ

ἤτοι ὁ

ΘΕΙΟΣ ΝΟ'ΜΟΣ

Αὐτὸ μὲν τῶν Πλακῶν, ταῖς δ' Ἐντολαῖς δέκα σημειούμενον.

Καὶ ἐλάλησε Κύριος πάντας τοὺς λόγους τούτους, λέγων.

Ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, ὅστις ἐξήγαγόν σε ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐξ οἴκου δουλείας.

α'. Οὐκ ἔσονταί σοι Θεοὶ ἕτεροι ἐνώπιόν μου.

β'. Οὐ ποιήσεις σεαυτῷ εἴδωλον, οὐδὲ παντὸς ὁμοίωμα, ὅσα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ ὅσα ἐν τῇ γῇ κάτω, καὶ ὅσα ἐν τοῖς ὕδασιν ὑποκάτω τῆς γῆς.
Οὐ προσκυνήσεις αὐτοῖς, οὐδὲ μὴ λατρεύσεις αὐτοῖς.
Ἐγὼ γάρ εἰμι Κύριος ὁ Θεός σου, Θεὸς ἰσχυρὸς, ζηλωτὴς, ἀποδιδοὺς ἀνομίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, ἐπὶ τρίτην καὶ τετάρτην γενεάν, τοῖς μισοῦσί με·
Καὶ ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς ἀγαπῶσί με, καὶ τοῖς φυλάσσουσι τὰ προστάγματά μου.

γ'. Οὐ λήψῃ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ.
Οὐ γὰρ μὴ καθαρίσῃ Κύριος τὸν λαμβάνοντα τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ.

δ'. Μνήσθητι τὴν ἡμέραν τῆς σαββάτου, ἁγιάζειν αὐτήν.

Ἓξ ἡμέρας ἐργάσῃ, καὶ ποιήσεις πάντα τὰ ἔργα σου·

τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ σάββατα Κυρίῳ τῷ Θεῷ σου ἐστίν·

οὐ ποιήσεις ἐν αὐτῇ πᾶν ἔργον σὺ, καὶ ὁ υἱός σου, καὶ ἡ θυγάτηρ σου· ὁ παῖς σου, καὶ ἡ παιδίσκη σου· ὁ βοῦς σου καὶ τὸ κτῆνός σου, καὶ πᾶν κτῆνός σου· καὶ ὁ προσήλυτος ὁ παροικῶν ἐν σοί·

ἐν γὰρ ἓξ ἡμέραις ἐποίησε Κύριος τὸν τε οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτοῖς· καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ.

Διὰ τοῦτο εὐλόγησε Κύριος τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν.

ε'. Τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου· ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς τῆς ἀγαθῆς, ἧς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι.

ς'. Οὐ φονεύσεις.

ζ'. Οὐ μοιχεύσεις.

η'. Οὐ κλέψεις.

θ'. Οὐ ψευδομαρτυρήσεις κατὰ τοῦ πλησίον σου μαρτυρίαν ψευδῆ.

ι'. Οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον σου· οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν οἰκίαν τοῦ πλησίον σου, οὐδὲ τὸν ἀγρὸν αὐτοῦ, οὐδὲ τὸν παῖδα αὐτοῦ, οὐδὲ τὴν παιδίσκην αὐτοῦ· οὐτε βοῦς αὐτοῦ, οὔτε τὸ κτῆνος αὐτοῦ, οὐδὲ πάντα κτήνη αὐτοῦ, οὔτε ὅσα τοῦ πλησίον σού ἐστι.

Τὰ

Ἡ τοῦ ΒΑΠΤΙΣΜΟΥ Διάταξις.

ΠΟρευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος.

Πορευθέντες εἰς τὸν κόσμον ἅπαντα, κηρύξατε τὸ εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει.

Ὁ πιστεύσας καὶ βαπτισθεὶς σωθήσεται· ὁ δὲ ἀπιστήσας καταδικασθήσεται.

Ἡ τοῦ ΚΥΡΙΑΚΟΥ ΔΕΙΠΝΟΥ Διάταξις.

Ὁ Κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ νυκτὶ, ᾗ παρεδίδοτο, ἔλαβεν ἄρτον, καὶ εὐλογήσας [εὐχαριστήσας] ἔκλασε, καὶ ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, καὶ εἶπε·

Λάβετε, φάγετε· τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα τὸ ὑπὲρ ὑμῶν κλώμενον [διδόμενον]· τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

Ὡσαύτως καὶ τὸ ποτήριον λαβὼν μετὰ τὸ δειπνῆσαι, καὶ εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς, λέγων.

πίετε ἐξ αὐτοῦ πάντες· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ τῆς καινῆς διαθήκης, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν [καὶ πολλῶν] ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν·

Τοῦτο ποιεῖτε, ὁσάκις ἂν πίνητε, εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν.

אותות הברית והם שנים:
הראשונה או טבילת הקודש:

כו ולמדו את כל הגוים וטבלו אותם
בשם האב והבן והרוח הקדושה
ולמדו אותם לשמר כל אשר צויתי
אתכם:

לכו אל כל העולם וקראו את הבשורה
לכל ברואה:
כל אשר הוא מאמין ונטבל ישתע ואשר
איננו מאמין ישפט דמו בראשו:

המשחה בשלחן ארוני או פתח חדש:

אדוננו ושוע בלילה ההוא אשר נמסר ם
לחם את הלחם ויברך ויבצע [וישבר]
ויתן לתלמידיו לאמור
קחו אכלו זאת יש גופי אשר עליכם
נשבר [ניתן] זאת עשו לזכרוני:
וכמו כן גם את הכוס אחרי אכלם לחם
ויברך ויתן להם ויאמר:
שתו ממנו כלכם כי זה הוא דמי לברית
החדשה אשר שפך עליכם [בעבור רבים]
לכפור חטאים
זאת עשו לזכרוני כמה פעמים תשתוהו:

ר. זָכוֹר אֶת־יוֹם הַשַּׁבָּת לְקַדְּשׁוֹ׃
שֵׁשֶׁת יָמִים תַּעֲבֹד וְעָשִׂיתָ כָּל־מְלַאכְתֶּךָ׃
וְיוֹם הַשְּׁבִיעִי שַׁבָּת לַיהוָה אֱלֹהֶיךָ׃
לֹא תַעֲשֶׂה כָל־מְלָאכָה אַתָּה וּבִנְךָ־וּבִתֶּךָ
עַבְדְּךָ וַאֲמָתְךָ וּבְהֶמְתֶּךָ וְגֵרְךָ אֲשֶׁר בִּשְׁעָרֶיךָ׃
כִּי שֵׁשֶׁת־יָמִים עָשָׂה יְהוָה אֶת־הַשָּׁמַיִם
וְאֶת־הָאָרֶץ אֶת־הַיָּם וְאֶת־כָּל־אֲשֶׁר־בָּם וַיָּנַח
בַּיּוֹם הַשְּׁבִיעִי׃
עַל־כֵּן בֵּרַךְ יְהוָה אֶת־יוֹם הַשַּׁבָּת וַיְקַדְּשֵׁהוּ׃

ה. כַּבֵּד אֶת־אָבִיךָ וְאֶת־אִמֶּךָ לְמַעַן יַאֲרִכֻן
יָמֶיךָ עַל הָאֲדָמָה אֲשֶׁר־יְהוָה אֱלֹהֶיךָ נֹתֵן
לָךְ׃

ו. לֹא תִרְצָח׃

ז. לֹא תִנְאָף׃

ח. לֹא תִגְנֹב׃

ט. לֹא־תַעֲנֶה בְרֵעֲךָ עֵד שָׁקֶר׃

י. לֹא תַחְמֹד בֵּית רֵעֶךָ לֹא־תַחְמֹד אֵשֶׁת
רֵעֶךָ וְעַבְדּוֹ וַאֲמָתוֹ וְשׁוֹרוֹ וַחֲמֹרוֹ וְכֹל אֲשֶׁר
לְרֵעֶךָ׃

עֲשֶׂרֶת הַדְּבָרִים או תּוֹרַת אֱלֹהִים
הַכְּתוּבָה עַל שְׁנֵי לֻחוֹת בַּלּוּחַ הָאֶחָד אַרְבַּע
מִצְוֹת וּבַלּוּחַ הַשֵּׁנִי שֵׁשׁ מִצְוֹת:

וַיְדַבֵּר אֱלֹהִים אֵת כָּל־הַדְּבָרִים הָאֵלֶּה
לֵאמֹר:

נקי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֲשֶׁר הוֹצֵאתִיךָ
מֵאֶרֶץ מִצְרַיִם מִבֵּית עֲבָדִים:
א. לֹא־יִהְיֶה־לְךָ אֱלֹהִים אֲחֵרִים
עַל פָּנָי:

ב. לֹא־תַעֲשֶׂה־לְךָ פֶּסֶל וְכָל־תְּמוּנָה אֲשֶׁר
בַּשָּׁמַיִם מִמַּעַל וַאֲשֶׁר בָּאָרֶץ מִתָּחַת וַאֲשֶׁר
בַּמַּיִם מִתַּחַת לָאָרֶץ:
לֹא־תִשְׁתַּחֲוֶה לָהֶם וְלֹא תָעָבְדֵם:
כִּי אָנֹכִי יְהוָה אֱלֹהֶיךָ אֵל קַנָּא פֹּקֵד עֲוֹן
אָבוֹת עַל־בָּנִים עַל־שִׁלֵּשִׁים וְעַל־רִבֵּעִים
לְשֹׂנְאָי וְעֹשֶׂה חֶסֶד לַאֲלָפִים לְאֹהֲבַי
וּלְשֹׁמְרֵי מִצְוֹתָי:

ג. לֹא תִשָּׂא אֶת־שֵׁם יְהוָה אֱלֹהֶיךָ לַשָּׁוְא:
כִּי לֹא יְנַקֶּה יְהוָה אֵת אֲשֶׁר־יִשָּׂא אֶת־שְׁמוֹ
לַשָּׁוְא:

תורת השלוחים או המאמר אשר מודים
בו אמונתם המאמינים במשיח והיה
לתורי עשרה ראשים או עקרים:

א. א׳ מאמין באל שמי האב בורא
שמים וארץ:

ב. ובבנו יחידו ישוע המשיח אדוננו:

ג. אשר הורה מרוח הקודש נולד מסרים
הבתולה:

ד. יסר על ידי פונטיאוס פילטוס נתלה
על עץ מת ונקבר:

ה. ירד לשאול תחתיה ויקץ ביום השלושי
מעם המתים:

ו. עלה טל השמים והנה הוא יושב ליסין
אל שמי אביו:

ז. ומשם בוא יבוא לדין החיים והמתים
כלם:

ח. אמין מאמין ברוח הקדושה:

ט. וכי כל הקדושים אשר על פני כל־הארץ
עדה אחת הם יהעדה ההיא מחברת
שלמה חברה־לה יחדו:

י. סליחת העונות:

יא. תקומת המתים:

יב. חיי עולמים:

אמן:

תפלת אדוננו המשיח

או

תורת המתפלל

והנה תחלק לשש חלקים או משאלות:

בינו שבשמים
א. יתקדש שמך:
ב. תבוא מלכותך:
ג. נעשה רצונך
בשמים כן יעשה בארץ:
ד. הטריפנו את לחמנו לחם חקנו
דבר יום ביומו:
ה. וסלח לנו את חובותינו כאשר אנחנו
סולחים לחובינו:
ו. ואל תביאנו בייר מסה כי אם הצילנו
מהרע:

כי
לך המלכה
והגבורה וההוד
לעולמי עד
אמן:

נְהַר עֵדֶן
וְהָיָה לְאַרְבָּעָה רָאשִׁים׃

חבוק השרשים

i. e.

Συμπλοκὴ sive *Complicatio Radicum* in primævâ Hebræorum Linguâ.

IN omni Voce ſpectanda ſcriptio & ſignificatio.

Scripturam variant *figuræ* Grammaticæ; ſignificatum Rhetorum *tropi*. Transfert ſenſum

I. *Metaphora* à ſimili ad ſimile; ut לַהַב *flamma*, *gladius* flammans; זָהָב *aurum ſerenitas* aurea.

II. *Metonymia*

1. à cauſâ ad effectum; ut à בָּקַע *diſſecuit*, בִּקְעָה *vallis*, quaſi diſſecta; כֶּסֶף *argentum*, *pecunia*.
2. ab effecto ad cauſam; ut à חָרַב *vaſtari*, חֶרֶב *enſis*, cauſa vaſtitatis.
3. à ſubjecto ad adjunctum, temporis; ut אָבִיב *ſpica*, *Martius* menſis ſpicarum. loci; ut ab אֲבֻס *ſaginavit*, אֵבוּס *præſepe*.
4. ab adjuncto ad ſubjectum, qualitatis; ut ab אָדַם *rubuit*, אֹדֶם *rubinus*, lapis pretioſus. ſigni; ut קְשִׂיטָה *agnus*, *numus*. loci; ut ab אָבָק *pulvis*, נָאַבָק *luctari*, ſc. in pulvere.

III. *Synecdoche*, vel à genere ad ſpeciem reſtringit; ut בָּשָׂר *caro*, *homo*. vel à ſpecie extendit ad genus; ut אָב *pater*, & quivis *Majorum*.

† IV. *Ironia*

IV. *Ironia* in contrarium vertit; ut בָּרַךְ *benedixit*, *maledixit*. שָׂכַל *intelligere fecit* סָכַל *infatuavit*. תָּאַב *desideravit*, תָּעַב & תּוֹעֵב *abominatus est*.

Porrò non modò Species Troporum, sed & Affectiones heic locum habent; ut אָדָם *Adam* πρωτόπλαστος, verè מִן הָאֲדָמָה *homo ex humo*, per Ἀντονομασίαν quivis *homo*, &c.

Est autem varia omnino & multiformis hæc sensuum translatio in eadem plerumque Radice; ut עָגַל *rotundus*, עֲגָלָה *plaustrum* ob rotarum sc. rotunditatem, עֵגֶל *vitulus* plaustralis. in nonnullis ita intricata & tenebris involuta, ut ejus aut nulla aut obscura admodum appareant vestigia. Videsis *Rad.* דבר, ערב, *&c.* Unam dabo, סָעִיף *Ramus*, *Scopulus*, *Cogitatio*. Quis Fecialis conciliet, quis Ἀρμωνὶς maritet hos tenius? Hæc ideo præfatus sum, ut minimè mirum cuiquam sit, si Cognatæ Voces aliquando longiùs recesserint, cum non solummodo eidem Radici in suis derivatis; sed eidem numero voci iisdem literis & punctis tantam inesse significandi licentiam conspexerit. Pergo.

Figura Grammatica literas consonantes vel addunt, vel demunt, vel earum ordinem aut speciem immutant. Punctorum vocalium nulla heic habenda ratio.

1. Adiiciunt

I. Adiiciunt

Initio *Proſtheſis*; ut לַהַב à הבב *flamma.*

Medio *Epentheſis*; ut שַׁרְבִּיט, שבט *ſceptrum.*

שַׂרְעַף, סָעַף *cogitatio.*

Fini *Paragoge*: ut גָּזָם *eruca*, à גזז à *tondendis* frugibus. הוֹן *ὕλα ſubſtantia*, τὰ ὑπάρχοντα, ab הָיָה *fuit.*

II. Detrahunt

Initio *Aphæreſis*: ut דָּם *ſanguis*, ab אָדָם.

Medio *Syncope*; ut בַּת *filia*, pro בִּנָת à בֵּן pl. בָּנוֹת. אַף *ira*, ab אָנַף.

Fini *Apocope*; ut אָב *pater*, ab אָבָה

Obſ. Radices pleraſq; eſſe triliteras: proinde quæ pluribus conſtant, eas vel compoſitas ex duabus coaleſcere; ut צַלְמָוֶת *umbra mortis*: פַּלְגֵשׁ παλλακὶς *pellex*. à פָּלַג & אִישׁ q. *viri-divida*, quæ viri affectus à legitima uxore avocet: עֶרְפֶּל à עוּר & אפל q. *caca caligo.* vel fieri ex additione ſervilium, (de quibus modo egimus.) aut ex geminatione radicalium; ut אַרְמְדֹם *ſubrubidus*, ab אדם; חַפַּרְפָּרָה *talpa*. à חָפַר *fodit.*

——*fodere cubilia talpæ. Virg. Geor.*

III. Tranſponit *Metatheſis.* ad quam ſpectabit hæc Regula.

Literæ eædem, licet non eodem ſitæ ordine, eundem tamen ſenſum inferunt; ut דָּאַב, אָדַב *doluit.* כֶּבֶשׂ, שֶׂכֶב *agnus.*

שַׁלְהֶבֶת

שַׂלְמָה, שִׂמְלָה *vestis.* נָאַק, אָנַק *gemuit.*
כְּסִיל, סָכָל *stultus.* לֹא *non,* אַל *ne.*
כֶּלֶב *catena,* כֶּלֶב *canis* catenarius.
חָשַׁף *nudavit,* חָפַשׂ *scrutatus est.*
כָּחַל *fucavit,* חַכְלִילִי *rubicundus.*

IV. Permutant ratione { Formarũ, *Metaplasmus* / Poteſtatis, *Antiſtœchon.*

1. *Metaplaſmi* hæc erit Regula.

Formæ Anomalæ ſunt inter ſe Analogæ; ſive Defectivorum & Quieſcentium Ordines non tam formâ diſcrepant, quàm ſenſu conveniunt; ut

כָּפַף אָכַף *curvavit.* אָכַל *conſumpſit.*
עוּץ יָעַץ *conſuluit.* יָכַל *prævaluit.*
טוב יָטַב *bonum eſſe.* כָּלַל *abſolvit.*
גור יָגֹר *formidavit.* כָּלָה *abſolvi conſumi.*
זָמַם יָזַם *cogitavit.* כָּלָא *cohibuit, contin.*
נָקַשׁ יָקַשׁ *illaqueavit.* כול *continere.*
עָטָה יָעַט *amicivit.* כָּלַל *contin. ſuſtin.*
סָפָה סוּף *deficere.* צוּם *jejunare.*
בּוז בָּזָה *ſprevit.* צָמָא *ſitire.*
גָּלַל מול *circumcidit.* שָׁסַס שָׁסָה *diripuit.*
שָׁמַם יָשַׁם *deſolari.* יָדַד יָדָה *jecit.*
דָּמַם דּוּם *ſilui.* נָדַד נָדָה *ejecit.*
חָפַף חָפָה *tegere.* נָדַד נוּר *vagari.*
סוּךְ, סָךְ, נָסַךְ *unxit.* נָפַח, פּוּחַ יפח *ſpirare.*

2. *Antiſtachon* facit Vocum Cognationem maximè propriam, cujus Regula latiſſimè patens hæc eſto.

Quæ

Quæ elementis conſtant homogeneis Radices, ſunt ipſæ homogeneæ. Literæ autem ὁμωγενῆς ſive συγγενῆς i. e. *Cognatæ* eæ dicendæ, quæ *Organo, figurâ*, vel *ſono* conveniunt.

Primò. Eodem *organo* formantur.

I.

Gutturales. אַהֲחַע

הוֹן אוֹן *opes.* אבק *luctari*, דָּבַק *amplecti.*
כֻּסֵּא *ſolium.* אִלֵּץ *moleſtavit* חָלַץ *liberavit.*
הֵטִיב הָאֲבִיר *volavit.* אֵפֶר *cinis.* עָפָר *pulvis.*
סְחוֹר *dos*, סְחוֹר *pretium.* פָּדַת פָּרָה *redemit.*

II.

Labiales. בּוֹמָף

אִוָּה אָבָה *voluit.* עִוֵּת *contorſit*, עִוֵּת *pervertit.*
מְרִיא בָּרִיא *pinguis.* קָמַץ קָבַץ *collegit.*
נָפַל נָבַל *cecidit.* פָּזַר בָּזַר *diſperſit.*
שָׁאַף שָׁאַב *hauſit.* נָשַׁם נָשַׁף *flavit.*
גַּב גַּו *tergum*, גַּף *corpus.* פָּלַט מָלַט *liberare.*

III.

Palatinæ. גִּיכַק

יָרַשׁ גֵּרַשׁ Hiph. *expulit.* גְּרוֹת (יְרוֹת) יָד *ripæ.*
סָגַר סָכַר *clauſit.* כָּבִיד גָּבוֹר *validus.*
מוֹג *diſſolvi* מָקַק מָכַךְ מוֹךְ *attenuari* מוֹק *tabeſcere*
תִּקֵּן תִּכֵּן *dirigere.* קוֹבַע כּוֹבַע *galea.*

IV.

Linguales. דַּטְלַנְרַת

בָּרָא *mentiri*, בָּטָא *effutire.* תּוֹר טוּר *ordo.*

דָּלָה

תָּעָה טָעָה *suspendit.* תָּלָה דָּלָה *evexit* *errare.*
נִשְׁכָּה לִשְׁכָּה *cubiculum.* אָזַל אָוַל Ch. *abiit.*
נָחַשׁ לָחַשׁ *incantavit.*

V.

Dentales. זְסְצְרָשׁ

עָלַץ עָלַס *exultavit.* כַּעַשׂ כָּעַס *indignatio.*
שָׂחַק צָחַק *risit.* אָזַר אָסַר *cinxit, ligavit.*
בָּרָק בָּזַק *fulgur.* בִּקֵּשׁ בִּקַּר *quæro, quæsivi.*
אֵשׁ אוּר *ignis:* ut *Uro Ussi* Lat.

Secundò. Similem *figuram* sortitæ.

1. א & ע.

אָוָה *desideravit,* צָוָה *jussit.* אָבָה צָבָה Ch. *velle.*

2. ד & ר.

דָּאָה רָאָה *cornix.* יָדָה יָרָה *jecit.*

3. נ & ב.

נָצַר *custodivit,* בָּצַר *munivit.*

4. ק & ע.

טִיק הֵצִיק *arctavit.* טָר צָר *hostis.*

5. ש & ט.

לִקֵּשׁ לִקֵּט *collegit.* שָׁטַן שָׁכַן *incumbere,* *onerari.*

6. ת & ק.

שָׁקָה שָׁתָה *aperuit.* פָּקַח פָּתַח *bibit.* &c.

Tertiò *Sonant* similiter.

1. ג & ע. unde עָזַר Γάζα, χλ.

מְגֻדָּנוֹת *res pretiosæ,* מַעֲדָנוֹת *deliciæ.*

2. ח & כ.

שָׁלַח *misit* שָׁלַךְ *projecit.* חָרַת *exsculpsit,* כָּרַת *exscidit*
חֶבֶל *funis,* כֶּבֶל *compes.*

3. ה

3. ה & כ א.

זכר commonefieri, זָכַר recordari.

4. ח & ק.

צנק אָנַח gemuit. לָחַק לָחַץ lingere.

5. מ & נ.

שטם שָׂטַן adverſari. מָסַךְ miſcuit, נָסַךְ libavit.

6. נ & ט gn.

נקד נָקַד punctatum, עָכַר maculoſum.

7. ר & ל.

מזרות מַזָּלוֹת planetæ; ut Ἄρης, Ἄρεως, nunc Κρόνος, Κρόνου κλ.

Huc referendæ Quieſcentes. אהוי

בור בּוֹר בְּאֵר puteus. הָיָה לְאֵה feſſus eſt.

אחד unus יָחִיד יָחִיד deſinivit.

אהב amare יָאַב appetere. הָוָה הָיָה fuit.

יאל vallis, גוי gens הָלַךְ הָלַךְ ambulavit.

נוה נָוֶה faſtus. לין לוּן pernoctare.

Obſervanda demum peculiaris Affinitas inter Sibilantes זסשץ & רטת.

דבח דָּבַח טָבַח Ch. macſavit. קָשַׁר קָשַׁר ligavit.

נצר נָצַר cuſtodivit. פָּרַר פָּרַס diviſit.

נסך נָסַךְ fudit. ברוש בְּרוֹשׁ abies.

חרש חָרַשׁ Χαλδαϊκὸν חָרַת Χαλδαϊκὸν.

Poſſem in hanc militiam omnes Lexici copias conſcribere, ſi id aut inſtituti ratio pateretur, aut res ipſa flagitaret. Et nunc non tam delectum habui quàm temere collectâ manu & operâ tumultuaria præſens argumentum defendi, quod vel

ſic

sic ingenuo Lectori se satis probet. Lubet pauca tantùm adjicere, quibus aut confirmetur porro aut illustretur hujusce Theorematis veritas; uno & altero *Canone* superioribus Regulis adnexo.

Dico igitur Literas istas, quæ *Serviles* aliàs vocantur, in conflictu endis etiam Radicibus plerumque servire: quales undecim numerantur

אֵיתָן מֹשֶׁה וְכָלֵב

Initio præsertim.

א quasi Futuri nota.

אָדוֹן *dominus*, à דוּן q. אָדוֹן *judicabo.*

אֶבֶן *Lapis* à בָּנָה q. אֶבְנֶה *ædificabo.*

אִכָּר *agricola*, q. אֶכְרֶה *fodiam.*

אֶלֶף a כָּף *vola manûs.* אֶרֶץ à רָצַץ *Terra* à *terendo.*

ב q. præfixum, *in.*

בָּלַע *absorpsit*, q. d. בָּלוּעַ *in gula*, à לוּעַ *absorberi.* בֶּרֶךְ *genu*, q. בִּירֶךְ *in femore* situm.

בָּעַל *dominari*, sc. esse בָּעַל *in superiore* loco.

בְּלִי *absque*, i. בְּלֹא *in non*, sine.

ה Conj. nota.

הִמָּן *multiplicari* à מָנָה *numerare*, q. ab Inf. Niph. חִמָּנָה

י Futuri character.

חָמַם à חָמַם *incaluit.*

יָעַר à עוּר. יָאַב ab אָבָה.

כ præf. *sicut.*

כֶּלֶב *canis*, כָּלְבִיא *quasi leo.* (vel q. כָּל־לֵב *totus cor.*) sic Rabbinis כְּרוּבִיא unde *Cherubinis* puerorum figura à pictoribus tributa. יָשַׁר ab יָתַר *rectum esse.*

ל Præf.

ל præf. *ad.*

לָשׁוֹן *Lingua*, לָשֵׁן *ad dentes* ſita, niſi à לוּשׁ potius nomen acceperit à *depſendis* & ſubigendis cibis in os ingeſtis. לֶחֶם *panis*, לְחָיַיִם *ad vitam* tuendam datus. לְבֵנָה *Later*, ad ædificandum, vel ædificanti. לֶהֱג *lectio*, ad meditandum, vel eloquendum; eſt enim Ἀνάγνωσις τεχνὴ τῆς λέξεως. לוּשׁ *veſtis*, ad erubeſcendum. לְשַׁד *humor*, q. לְאַשֵּׁר *ad effuſionem.*

מ Participiale.

מֶלֶךְ *rex*, q. מוֹלִיךְ ab יָלַךְ *deducens*, ἡγούμενος λαῶν. מוֹר *ſpurius*, q. מְיֻוָּר *alienigena.*

נ Conj. Niph.

נֶהֱם ab הָמָה *fremuit.* נִבֵּא *prophetavit*, ventura prædixit; Forſterus revocat ad בוֹא *venire.*
נָפַץ à פוּץ *diſpergi.* נָזַר *ſeparare* à זור.
נָפַח à פוּחַ *ſuffiare.* נָקַר à קוּר *fodere.*

ש cum utroque puncto.
שׁ proſtheticum. שׁ præfixum.

שָׂגַב à גָּבַהּ *altum eſſe.*
שָׂפָה *os*, שָׂפָה *labium* oris.
שֶׁרֶץ *reptile*, à רוּץ *currere.*
שִׁקֵּץ *abominari*, à קוּץ, id ſc. quod *tædio* nos afficit.

ת Fut. vel Hæmanticum.

תַּאֲב ab אָבָה *deſideravit.* תִּכֵּן à כוּן *diſponere, dirigere.* תַּנּוּר *furnus, fornax*, à נור *ignis.*
תַּעַר *novacula*, à עָרָה *nudare*, ut ξυρὰ à ξύω vel ξέω. תֵּבֵל *orbis*, q. תָּבֵל *confuſio*, a בָּלַל, vel à תֵּבָה

in

in memoriam reparati generis humani divino beneficio per *Arcam*.

Interdum & in fine; ut

אָבַל *luxit*, q. אָבָה לו *bene voluit ei*.

אַרְגָּמָן & אַרְגְּוָן *purpura*, ab אָרַג.

דֶּלֶת *janua*, à דָּלָה *extulit*, quòd cardinibus elata sit.

שָׁבַת *quievit*, ab יָשַׁב *sedit*, Inf. שָׁבֹת *to sit still*.

Rariùs in medio occurrunt; ut

שַׁלְוָן שַׁאֲנָן *tranquillus*. videtur & in triliteris ל epentheticum quasi ex abundanti inseri; ut אוץ אָלַץ *urgere*, הָלַךְ הוֹךְ *ire*. De ר priùs dictum est. De literis יהוא res est notissima.

Hactenus earum fere vocum meminimus, quæ literas duas habent easdem, tertiam autem *Symbolicam*. Habet forsan & sequens *Canon* suum aliquem usum.

Quæ duas habent easdem, quæcunque tandem illa sit tertia, aliquatenus consentiunt; ut

פָּרַד *separavit*.	פָּרַץ *rupit*.
פָּרַם *discidit*.	פָּרַק *rupit*.
פָּרַס *divisit*.	פָּרַשׁ *dispersit*.
פָּרַע *distraxit*.	פָּרַשׂ *expandit*.

לַהַט לָהַב *flamma*. שָׁקַף שָׁזַף *aspexit*.

נָתַשׁ נָתַק *evulsit*. מָשַׁךְ מָשָׁה *traxit*.

נָגַף נָדַח *impulit*. מָרַד מָרָה *rebellavit*.

נָגַשׁ *accessit*, פָּגַע פָּנַשׁ *obviavit*

נָגַח *ferire cornu*, נָגַן *pulsare*, נָגַף *percutere*.
טָבַע *mergere*, טָבַע *mergi*.
אָטַם *obstruxit*, אָטַר *clausit*.

Et hæc quidem fuit *simplex* duntaxat utpluimùm mutatio. Reperies etiam plures hujusmodi mutationes *mixtim* concurrere; quas nimis esset prolixum per singulas earum species indagare. Pauculas hasce impræsentiarum dicis causâ accipe.

צֶלֶם *similitudo*, מָשָׁל *imago*, מָשָׁל *comparatio*.
עֶזְרָה *auxilium*, נֶפֶשׁ *anima*.
דָּקַר *communivit*. דָּחַף *impulit*.
הָגְרָה *removit*. סָגַע *minuit*.
עָצַם *robustus fuit*. עֶצֶם *os, ossis*.
הוֹד *decus, gloria*, ab יָרָה. Hiph. הוֹרָה *celebravit*. אָטַם *obstruxit*. חָתַם *obsignavit*.
מָסַךְ *Miscuit*. בְּחֵיק חָבַק *in sinu ferre*.

Denique si quando tentanti res frustra cesserit, cogita mecũ id quod res est, varias earum, quæ extant, Radicum significationes, uti & ipsas Radices non paucas, in sermone Terræ Sanctæ deperditas, in alieno solo quærendas, & è vicinis Chaldæorum, Syrorum, Arabum, Persarum, Armenorum, Æthiopum, Coptarum, &c. dialectis repetendas; ut constet aliquando hæc Vocum & Linguarum Harmonia omnibus suis numeris absoluta. Nam iniquus erit is rerum æstimator, qui universam Hebræorum Linguam Libellulis

xxiv

xxiv, quos ob brevitatem Biblia vocamus, comprehendi existimet. Neque illum certe sibi proposuerunt scopum divinæ voluntatis Interpretes, ut nos verba edocerent, sed ut legentium mentem salutaribus præceptis imbuerent, & pectus ad veram pietatem informarent.

N. B. *Quod de Linguâ Hebraâ modo fusius probavi, id in Græcâ pariter sermone strictim ostendi* Pastore Metrico, *Tractatu de Primitivis: quò te jam, Lector, si lubet, remitto.*

מְהֻלָּל יְהוָה חָזָקִי

F I N I S.

Libellus iste, Candide Lector, non ita feliciter prodiit, ut omne ferat punctum. *Alicubi erratum ob similitudinem* ר & ד; *neque* ו *interdum suo vitio caret; nonnunquam irrepsit menda cum Dagesh, quod vicissim aliubi requiritur. Lapsus prali gravissimos uno punctulo vel sublato vel addito sic corriges.*

In Tit. *l.* אַרְבָּעָה, עֵדֶן. *In* Orat. *Pet. III.* בַּשָּׁמַיִם, בָּאָרֶץ. v. כַּאֲשֶׁר. *Doxol.* חַמְסַלְכָה, וְהַגְּבוּרָה. *In* Symb. *Art.* iv. פְּנוּאֵל, נְעֲצַשׁ vi. הַשָּׁמַיִם, עֶלְיָה. ix. כָּל. *In* Decal. *Mand.* i. לְךָ. ii. לְאַהֲבַי, פֹּקֵד, חַטְעֲבִים. iv. כָּל *bis*, אֲשֶׁר, בָּם. ix. בְּ. x. חַחְמֹד. *Tit.* הַדְּבָרִים.